



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R.P. Richardi Lyncei ... Vniversa Philosophia Scholastica

Complectens Metaphysicam, id est, Scientiam de Ente incorporeo, seu
transnaturali

Lynch, Richard

Lvgdvni, 1654

Cap. I. Quid sit voluntas?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95247](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95247)

TRACTATUS VI.

De voluntate.

CAPUT I.

Quid sit voluntas.

¶ LVRA ex iis, quæ ad voluntatem attinent, explicuimus tum in Physica, cum de causa finali nobis sermo esset, tum etiam in hoc opere superius, cum de bono tertio entis attributo ageremus: verum quia vestibilis est hic ager, & frequenter excutiri potest: idcirco quæ prædictis locis omiſſa sunt, in præſenti ſcilienda nobis erunt. Voluntas igitur eſt potentia appetitiua ſpiritualis: eius obiectum adæquatum formale adæquatum eſſe bonum, ſicuti verum intellectus, adeo tritum eſt, vt non tam dici: quam non omitti debuerit. Illud vero quæſtionem habet, an ſinis ſit obiectum formale adæquatum voluntatis: Cuius etiam quæſtionis affirmatiua pars verior eſt, meo quidem iudicio aperte ſequitur ex eo, quod extra quæſtionem eſſe ſuppoſuimus: nam bonum, & ſinis in idem coincidunt, vt docet Ariſtoles 3. Ethicor. cap. 7. ibi: *ſinis autem omnis operationis eſt, qui ſecundum habitum; & forti autem fortitudo bonum talis autem ſinis: determinatur autem vnumquodque ſine: boni vique gratia fortis ſuſtinet, & operatur ſecundum fortitudinem, &c.* Cum igitur bonum ſit obiectum formale adæquatum voluntatis, ſanè ſinis etiam eiſmodi obiectum erit. Adice etiam quod B. Thomas id etiam doceat 1. 2. q. 1. art. 1. ibi: *Obiectum autem voluntatis eſt ſinis, & bonum: unde oportet, quod omnes actiones humane propter ſinem ſint.*

At contra hanc ſententiam obijci ſolet: medium vt medium non eſſe ſinem, ſed potius aliquid gratia ſinis: ſed medium vt medium eſt obiectum formale voluntatis; quoniam obiectum formale eſt, quod propter ſe amatur: at medium vt medium propter ſe amatur, ſi quidem ideo amatur, quia eſt vtile ad ſinem. Ad hæc: quod ita comparatum eſt, vt aliquid propter ipſum ametur, eſt obiectum formale: huiſmodi autem eſt medium non vltimum, nec executioni proximum, vt v.g. quando quis vocat famulum, vt phlebotomum accerſat, & hanc aduentum deſiderat propter ſciſſionem venæ, & hanc propter attenuationem humorum, & hanc propter ſalutem: en quatenus plura media talia ſunt, vt propter ipſa amentur alia. Reſpondeo iuxta ea, quæ in Physica diſſeruimus, duplicem eſſe ſinem: alterum proximum, alterum remotum: nullumque eſſe obiectum formale voluntatis, quod eius ſinis proximus, aut remotus non ſit: mediumque vt medium eſſe ſinem proximum voluntatis, ſicuti eius obiectum formale eſſe, ex iam iam dictis conſtat, licet ſinis quidem vltimus, ac remotus non ſit: ſed potius vltiorem ſinem præſupponat. Quamvis autem non pauci Scholaſtici cum P. Vaſquez tom. 1. in 1. 2. diſp. 4. cap. 2. diuiſionem illam ſinis non admittant, ſed potius omnem ſinem intermedium de medio tollant; oppoſitum tamen magis verum eſt; conſuſio namque ita talis eſt reſpectu maioris, & minoris ad ſe præmiſſæ, vt poſſit eſſe ipſa maior, & minor reſpectu alterius conſuſionis; itaque inſertur, & cauſatur, vt ipſa aliam propoſitionem concludere, & cauſare queat: igitur aliquid ita poteſt eſſe medium reſpectu vnius ſinis ſupremi, vt ſimul poſſit eſſe ſinis reſpectu alterius medij, & non ſolum cauſari in genere cauſæ finalis, verum etiam

cauſare. Adde Ariſtotelem 1. Ethicor. cap. 7. præter ſinem ſupremum ſines etiam intermedios ſtatueret.

Verumenimvero alij aliter argumento reſpondent, medium ſcil. vt medium non eſſe obiectum formale voluntatis, ſed tantum materiale, illudque non amari propter bonitatem aliquam ſibi intrinſecam, ſed ſolū propter bonitatē ſinis ſibi extrinſecā. Primò quia cum quis adorat imaginē, ipſa eſt obiectum ſolū materiale, & exemplar obiectum formale: aliàs talis adoratio in idololatriam migraret: ergo ſimiliter cum quis vult medium propter ſinem, hic ſolum erit obiectū formale & illud materiale. Secundo quia ſublato ſine nulla bonitas mediorum, nullaque vtilitas eſſe poteſt: ergo media non niſi per denominationem extrinſecam à ſine, bona atque vtilia ſunt: cum igitur media amantur, quia ſunt vtilia ad ſinem, & propter bonitatem, ac conſcientiam, quam habent reſpectu illius non propter ſe, ſed propter ſinē amantur. Tertio quia nulla facta mutatione intrinſeca in medio modo mihi vtile, modò noxiū eſt: potio enim ægrotanti vtilis, eademque rectè valenti nociua eſt: igitur bonitas, & vtilitas cuius medij eſt ei extrinſeca, & à ſolo ſine profecta: ac proinde cum medium propter vtilitatem ad ſinem eligitur, niſi propter ſinem non amatur. Tandem ex oppoſito ſequeretur, omnem rationem obiecti materialis de medio tolli: ſiquidem præter ſinem, & media nihil reſpicit voluntas: ſi ergo vtrique ſunt obiectum eius formale, quidnam eius obiectum materiale futurum eſt? Hanc tamen doctrinam falſam eſſe facile conuinci poteſt: nam ſi media tantum eſſent bona bonitate ſinis, omnia media eſſent æqualiter bona, & vtilia, eo quod in eundem ſinem conducant: at media æqualiter bona, & conuenientia non ſunt; ſed aliqua maiorem, alia minorem bonitatē, vtilitatemque habent. Reſpondent aduerſarij, media eſſe inæqualiter bona, præciſe quia bonitatem ſinis inæqualiter participant, ſiue quia diuerſam efficacitatem in ſinem habent. Cæterum hæc euatio abſque negotio excluditur: nam iuxta eam defendi poſſet, creaturas non eſſe bonas bonitate ſibi intrinſeca, ſed ſolum per denominationem extrinſecam à bonitate creatoris, quam inæqualiter participant: conſequens autem hæreticum eſt: quare ſicut inæqualis participatio diuinæ bonitatis eſt bonitas quædam creaturis intrinſeca, & eſſentialis: ita ſimiliter inæqualis participatio ſinis, ac diuerſa in eum efficacitas non ſine bonitate intrinſeca, & eſſentiali mediis conuenire poterit.

Argumenta vero in oppoſitum adducta ſolutionē, illamque luculentam habent. Ad primum dici poteſt, eodem animi motu, eodemque cultu, & reuerentia tā imaginem, quam exemplar immediatè, & proximè à nobis adorari, non tamen eodem modo: ſiquidem imaginem adoramus præciſe, quia coram illa ſigna ſubmiſſionis edimus, non tamen vt nos ei interius ſubmittamus: exemplar vero adoramus, quia coram illo prout cum imagine mentis noſtræ cogitationis coniuncto ſigna ſubmiſſionis exhibemus, vt nos ipſi ſubijciamus, illudque nobis ſuperius eſſe proteſtemur. Quare cum nota exterior imaginem immediatè tangat, & ſpiritus ſubmiſſionis exemplar, ſanè imago cum exemplari eundem terminum immediatum, idemque obiectum formale adorationis conſtituet. Cum igitur adoratio habeat pro obiecto formali ipſam imaginem, licet ſemper in exemplar referat cultum imagini exhibitum; cur etiam electio medij hoc velut obiectum formale proximum non reſpiciat, vtcunque illud in ſinem porrò referat? Ad ſecundum dici poteſt, ſublato ſine nullam bonitatem, aut vtilitatem remanere in mediis, non quod hæc præter bonitatem ſinis nullam aliam habeant, ſed quod eorum bonitas

bonitas sit essentialiter respectiua, ac tota in ordine ad finem sita: qua etiam ratione sublata omni causa efficienti eximitur de medio tota entitas effectus, non quod entitas effectus, & entitas causa efficientis eadem sit, sed quod ambae relatiue sint.

Ad tertium dicendum est, aliud esse medium ali- quod esse mihi utile; aliud vero eiusmodi medium esse utile ad assequutionem alicuius finis: prius enim duo inuoluit, alterum implicite, alterum explicite, nempe tale medium esse utile ad aliquem finem asse- quendum, atque etiam eiusmodi finem mihi com- modum esse: posterius vero vnum tantum importat, illud scilicet, quod verba ipsa praefecerunt. Hinc est, quod medium esse utile mihi, sit denominatio non solum intrinseca medio, sed extrinseca & à bonitate, finis sumpta: atque de hac utilitate, & bonitate me- dij bene verum illud est, quod in argumento opponi- tur, nulla facta intrinseca mutatione in medio eius tamen utilitatem variari, eandemque portionem in se inuariatam modò mihi vilem, modò iuuilem esse. Quod si medium sumatur praecise velut utile ad talem finem consequendum, atque de posteriori, non verò de priori utilitate sermo sit, profectò quod utile sit, est ei denominatio omnino intrinseca, & essentialis: potio enim in exemplum adducta semper est vri- lis ad refrigerandum, aut humectandum; & hoc res- pectu ne diuinitus destitui potest, quantumlibet mi- hi modi utilis, modò inutilis sit; prout nimirum no- ni humiditatis, aut frigiditatis gradus mihi pro- fuit, aut nocent: sic potio est per se ipsam essen- tialiter, & non per denominationem extrinsecam delectabilis, & tamen pro varia subiecti dispositio- ne modò delectat, modò non delectat. Ad vltimum dici potest, rationem obiecti materialis de medio non tolli, quamuis medium obiectum formale esse statua- tur: siquidem medium erit obiectum materiale qua- tenus propter finem amatur, & ex complacentia il- lius eligitur, esto etiam sit obiectum formale quate- nus ratione utilitatis sibi intrinseca attingitur, aut ad electionem medij vltioris mouet.

Vltius hic controuerti potest, quando quis bo- num alicui amat, ac cupit, quodnam eius amoris ob- iectum formale terminatum sit, siue quid per eum actum proximè ametur? Quamuis autem P. Vasquez lib. 3. de ador. disp. 1. cap. 6. & to. 1. in 1. part. disp. 84. cap. 2. & to. 1. in 1. 2. disp. 14. c. 3. & 4. & disp. 3. c. 1. censet per talem actum propriè, & immediatè amari non solum finem *qui*, siue bonum amici (quod est extra controuersiam) sed etiam bonum *cui*, siue personam amici: ceterum oppositum longè probabilius est: nam qui ama alteri bonum; siue, quod perinde est, alte- rius bonum, finem *cui* solum in obliquo amat: hac autem ratione amare est improprie amare: aliàs amans odium peccari, hoc ipso peccatum propriè amaret, quo tamen nihil absurdius est. Hinc colligitur spem, qua Deum nobis desideramus, eoque frui ardemus, esse virtutem Theologicam: quia licet eius finis *cui*, sit persona creata, finis tamen *qui* est obiectum increa- tum: virtus autem specificari debet non à finem *cui*, quem solum extrinsecè amat, & ex cuius amore ori- tur, sed à finem *qui*, quem intrinsecè amat, & propriè, ac immediatè respicit. Hinc etiam, est actum, quo proximo summum bonum cupimus, esse actum spei Theologicae; non enim nobis solum, sed & aliis spe- ramus: aliquando tamen ille actus dicitur actus cha- ritatis, aliquando vero beneficentiae, alteriusue virtu- tis Theologicae; non quod ad has virtutes formaliter spectet, sed quod ab earum actibus imperari soleat, & modò ex complacentia Dei, modò ex complacen- tia proximi oriatur.

R. P. Richardi Lyncei, Philosoph. Tom. III.

Rursus disputari potest, an omnis finis *cui* sit ob- iectum formale saltem motuum, ac extrinsecum vo- luntatis alicui bonum desiderantis? Nonnulli enim Recentiores existimant, cum aliquis sibi ipsi bonum desiderat, seipsum neutiquam esse obiectum forma- le motuum eiusmodi amoris, ac desiderij: secus ta- men esse, cum aliter bonum amat. Huius doctrinae hanc rationem tradunt, quae est nobis naturalis pro- pensio ad commoda nostra, possumus quidem velle nobis bonum absque prauiā complacentia nostri, supplente nimirum naturali appetitu, quod effice- ret elicetus, si praesent: huius rei signum est, quod saepe desideramus nobis ea, quae nobis profutura sunt, quin bonitatem aliquam in nobis praecogite- mus, aut putemus; sed potius nos malos, omnique bono indignos videamus: at vero cum bonum alte- ri cupimus, non nisi ex prauiā illius complacentia ira in eius bonum afficimur: tum quia non adeo na- turaliter propendimus in alterius compendium, ac in nostrum: tum etiam quia experimur, non sine prauiā cognitione bonitatis alterius, nos eius causa velle: quare cum bonum increatum, aliudve nobis cupimus, ipsi neutiquam sumus eius amoris ob- iectum formale motuum: secus autem euenit, cum illud alteri experimus. Hinc colligunt hi Authores desiderium summi boni, si sit respectu nostri esse actum virtutis Theologicae; secus vero si sit res- pectu alterius.

Hac tamen doctrina mihi magnopere displicet: tum quia independentè ab ea rectè explicatur, qua- tenus spes sit virtus Theologica: quod autem ex ea inferatur actum, quo proximo cupimus summum bo- num, non esse virtutis Theologicae falsum est: vtrum- que autem horum numero superiori vidimus: tum etiam secundo, quia pari facilitate ab aduersariis con- fingi posset, vnumquemque fratri, aut filio, aut etiam amico, qui alter ego à nobis vocari consuevit, absque prauiā eorum complacentia bonum semper appete- re; quae nimirum est cuius cum filio, aut fratre, aut amico coniunctio, ac naturalis quaedam pro- pensio in bona ipsorum. Deinde tertio: haud magis innatè propendet voluntas nostra in bonum nobis cōueniens, quam intell. ctus noster in bonum suum, id est, in iudicium, quo veritatem assequi- tur: at hoc non obstante intellectus vt veritatem as- sequatur per iudicium prauiā apprehensione vritur: quidni ergo voluntas nostra prauiā sui complacen- tia dirigi possit ad hoc vt bonum efficaciter sibi amet, & adipiscatur? Praeterea quarto: finis *qui* non magis propriè finis est, quam finis *cui*: imò è diuerso se res habet, cum voluntas in finem *qui* non sistat, sed potius illum in finem *cui* ordinat, vt in Physica lib. 4. expo- suimus: at finis *qui* qualiscumque sit, potest esse ob- iectum formale motuum voluntatis, & ex prauiā complacentia sui in alterius amorem ducere, vt ad- uersarij in confesso habent: ergo à fortiori finis *cui* qualiscumque siue proprius, siue alienus sit; poterit tamen esse obiectum formale motuum, ex cuius prauiā complacentia alterius boni desiderium oriatur; pra- fertim cum omnis finis *cui* hoc ipso sit obiectum for- male, propter quod consequenter aliud amari potest.

Haecenus explicuimus voluntatem in ordine ad finem, bonumque; superest, vt eam ad malum, & adia- phorum, siue indifferens comparemus. Quod au- tem ad malum attinet, Nominales cum Ochamo quaestione decimatercia dub. 3. censent, voluntatem posse amare malum sub ratione mali, siue malum praecise tale posse esse obiectum formale eius affe- ctus, qui prosequutionis appellatur. Ceterum com- munitè hac sententia reicitur.

10 Primò, quia manifestè repugnat Patribus, quos referunt P. Suarez disp. 23. Metaphys. sect. 5. n. 3. & P. Vasquez tom. 1. in 1.2. disp. 31. cap. 2. Ex quorum consensu effluxit commune adagium, nemo intendens ad malum operatur. Secundo: quia voluntas ad id instituta est, ut per eam homo quarat convenientiam sibi, ac respiciat ea, quæ sibi non conveniunt: fini ergo, & institutioni voluntatis repugnat, ut illa appetat sibi inconuenientia, & mala; vel etiam, ut respiciat bona, & convenientia quatenus talia. Tertio: quod amatur, attrahit ad se voluntatem, eamque allicit, ut ex terminorum apprehensione liquet: at malum ut malum præcisè non allicit voluntatem, sed eam à se auertit. Obiiciunt tamen aduersarij cum Scoto in sententiam proximè refutatam haud parum inclinante: potest quis velle odium Dei, licet priori excæcatus non sit: excæcatio enim affectum prauum non antecedit, sed tanquam pœna subsequitur: ergo potest quis velle odium Dei, quamuis illud ut præcisè malum apprehendat, nullamque rationem boni per errorem in eo agnoscat. Obiiciunt secundo: vnusquisque potest odisse inimicum suum: at odisse, & inimicari teste B. Thoma 1.2. quæstion. 29. artic. 2. est velle alicui malum, quia malum ei est. Hac tamen argumenta non vrgent: is enim, qui amat odium Dei absque vlla excæcatione potest illud apprehendere ut sibi delectabile; ac proinde non moraliter, sed physicè bonum. Cum autem malum inimico volumus, non nisi quia nobis bonum est, illud volumus: cum enim eius persona nobis displiceat, quod male ei sit, tanquam bonum & conueniens nobis appareret: ac reuera sicut non esse non entis est esse ens: sic etiam malum mali nostri, siue noxa iniuri capitis bonum nostrum quodammodo est.

11 Quod autem ad indifferens attinet, Hieronymus ab Angelo cap. 2. moralium in 2. part. textus notat, 2. docet, illud posse esse obiectum formale voluntatis, & hanc amare, aut odisse rem nullà perspectà in ea bonitate, aut malitià. Cæterum hanc sententiam haud immerito stultam esse pronunciant Pater Vasquez ubi supra: tum quia manifesta experientia constat, nunquam à nobis amari rem, nisi quia conueniens aut odio haberi nisi quia nobis inconueniens non omnis boni amans, quod voluntas est: aliquid autem conuenire, est bonum esse, & disconuenire, malum esse. Tum etiam quia si posset quis velle obiectum, in quo nullam comperit bonitatem, non video, cur obiectum positiuè malum, & velut tale apparens amare non posset. Plura alia de obiecto voluntatis possent disputari: ut quod possibilis sit voluntas non omnis boni amans: quod nostra cum appetitu sensitivo in operando connectitur: quæ tamen, aliaque eiusmodi supra explicauimus, cum de intellectu ageremus. Hactenus natura voluntatis explicata potissime ex eius obiectis: reliquum est, ut de eius actibus differamus.

CAPVT II.

De variis speciebus actuum voluntatis.

12 Prior, & vniuersalior diuisio actuum voluntatis est in amorem, & odium: amor autem siue volitio est vnio quadam affectiua amantis, & rei amate: odium vero, siue nolitio est separatio quadam affectiua, & intentionalis voluntatis ab obiecto. Ita ex Augustino 8. de Trinit. capit. 10. & Dionysio capit. 4. de diuinis nominib. vniuersi Theologi. Porro circa prædictam diuisionem dubitari potest primo, an sit adæquata: id est, an detur aliquis actus

voluntatis, qui respectu sui obiecti nec amor, aut odium, volitio, aut nolitio sit? Aliqui enim Neothetici actum illum medium adstruere conantur: primo, quia datur actus intellectus iudicariuus medius inter affirmationem & negationem sui obiecti, nimirum actus dubitans de obiecto: cur ergo dari nequeat aliquis actus voluntatis hærens circa suum obiectum, & eius volitionem, ac nolitionem impediens, haud aliter ac per dubitationem affirmatio, & negatio impeditur. Secundo, quia volitio conditionata, qua verbi gratia, volo Petrum adire, & alloqui, si foras egrediatur, attingit non solum conditionatum, nempe Petri colloquium, sed etiam conditionem, scilicet egressum: at eiusmodi actus voluntatis nec est volitio, aut nolitio conditionis: qui enim vult alloqui Petrum, si foras egrediatur, non censetur velle, aut nolle foras egredi, ut manifestum est.

13 Nullum tamen eiusmodi actum medium dari longè probabilius est: omnis enim actus voluntatis est motus quidam intentionalis respectu sui obiecti, ut nemo non nouit; aut ergo est motus ad illud, & ita erit eius persecutio & amor, aut est motus ab illo, & ita erit eius fuga & odium: quod autè sit vel ab obiecto, vel ad illud, liquet exemplo motus localis, qui si terminum aliquem immediatè, & per se respicit, vel ab illo, vel ad illum esse; arque adeo vel ab eo recedere, vel ad illum accedere debet. Rursus: nequit dari iudicium intellectus, quod respectu sui obiecti affirmatio, aut negatio non sit: ergo nec actus voluntatis, qui volitio, aut nolitio sui etiam obiecti non sit; ac proinde placitum hoc cum suo fundamento corruit. Antecedens autem constat: actus enim dubius est mera apprehensio, non vero iudicium respectu illius obiecti, de quo nihil affirmat, aut negat: qua de causa ita dubitans iudicium suum suspendere dicitur, respectu vero eius obiecti, cuius est iudicium affirmatio etiam, aut negatio est: qua ratione is, qui dubitat, neutram contradictionis partem affirmari posse ut iudicat, sic etiam affirmat: iudicium ergo de aliquo obiecto nihil de ipso affirmans, aut negans repugnat: si quod enim tale iudicium esset possibile, maximè cognitio dubitativa. Tandem volitio conditionata conditionem, vel non attingit, vel si attingit: certè eam velle, aut nolle diceretur alterum ergo huius sententia fundamentum ruinosum. Prior disunctionis pars valde probabilis est: quædo enim quis vult aliquid sub conditione, nimirum alloqui Petrum, si egrediatur foras; conditio ex parte solius intellectus, & non voluntatis sese fortassis habet, egressusque, licet à voluntate attingi videatur, solum tamen ab intellectu cognoscitur: sicut etiam hæ voces, *vellem hoc ita esse*, multoties non significant, nos aliquid velle sed potius iudicare quam volitionem esse habituri in his, vel illis circumstantiis, eum tamen actum voluntatis significare videantur. Posterior disunctionis pars suadetur qui amat colloquium Petri, si egrediatur foras amat etiam ipsum egressum non secundum se, & prout condistinctum à colloquio Petri (cum tamen eum prout condistinctum à quouis alio cognoscat intellectus) sed per modum vnus cum illo, & prout constituit eum illo aliquam rationem boni cuiusdam conditionati: non enim colloquium præcisè, sed colloquium sub illa conditione velut bonum voluntati proponitur.

14 Dubitari secundo potest circa superiorem diuisionem, an sit in membra inter se adæquatè distincta, & inuicem non inclusa, sicut leges bonæ diuisionis exigunt? Angelus lib. 1. de virtutibus cap. 3. docum. 1. Olcot. & alij, quos refert Almainus in